



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola III. Cæsar Baronivs Soranus S. R. E. Cardinalis. Ivsto Baronio  
Veteracastrensi S. Amantissime Frater.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)



84 IUSTI BARONII VETERÆ

omnia tibi pollicearis velim, quæ ab homi-  
ne tui amantissimo proficisci possunt. Vale  
feliciter, & qui iam eruditionis laude (vt vi-  
deo) flores, ad solidam ex vera pietate glo-  
riam, qua nihil illustri<sup>o</sup>, totis viribus, quod  
facis, contende. Romæ die 20. Ianuarij. M.  
DCI.

EPISTOLA III.

CÆSAR BARONIVS SORAN-  
nus S. R. E. Cardina-  
lis.

IUSTO BARONIO VETE-  
racastrensi S.

Amantissime Frater.

**V**T perlegi literas tuas, Deo Opt. Max.  
*a Ps. 144. 9.* <sup>a</sup> cuius sunt miserationes (vt cecinit Da-  
uid) *b 1. Pet. 2. 9.* <sup>b</sup> e tenebris te vocauerit in admira-  
bile lumen suum. Hoc beneficio nullū ma-  
ius, gratia nulla potētior vel utilior, ob idq;  
custodienda cautius, & sollicitius conser-  
uanda, aliudque non tam generoso victori  
carmen sit triumphale canendum, quàm i-  
*c Ephef. 5.* dem ipse monendus verbis Apostoli: <sup>c</sup> Vi-  
*36.* *d Colof. 4. 5.* <sup>d</sup> dete quomodo caute ambuletis, non quasi insi-  
pientes, sed vt sapientes, redimentes tempus,  
quoniam dies mali sunt; & cohortandus ver-  
bis



bis Dominicis: <sup>d</sup> *Ambulate dum lucem ha-* <sup>d Ioan. 12.</sup>  
*beris, ut non vos tenebrae comprehendant: &* <sup>35.</sup>  
*dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lu-*  
*cis sitis.* <sup>e</sup> Victus semel Diabolus, maiori im- <sup>e Cypr de G-</sup>  
 petu solet assurgere, & validioribus viribus <sup>nt Eccles.</sup>  
 victorem appetere, prout nos exemplo il- <sup>cap 12.</sup>  
 lo docuit Dominus, de *Spiritu nequam,* <sup>f Matth. 12</sup>  
*cum exit ab homine, nō quiescit, sed auxilia-* <sup>43 & seq.</sup>  
*res copias colligit, assumens septem alios spiritus*  
*nequiores se, ut quam dereliquit ad tempus*  
*munitioem inuadat, aut dolis expugnet.*  
 & *Circuit namque ille (monet Petrus) tan-* <sup>g 1 Pet. 5. 8.</sup>  
*quam leo rugiens, quarens quem deuoret, cui* <sup>9.</sup>  
*resistite fortes in fide.* Quærit fugitiuum su-  
 um, militantem iam in castris Ecclesiæ, re-  
 petit transfugam suum, ne prodatur artes su-  
 as & consilia sua faciat manifesta, valde ti-  
 mens, ne rursus <sup>h</sup> *Saulus* in Ecclesiæ Catho- <sup>h Act. 9.</sup>  
 licæ conflatorio igne diuini spiritus con- <sup>& seq.</sup>  
 fletur in *Paulum*, & fulmen prodeat verita-  
 tis, telum mendacij, quo ipse ad debellan-  
 das gentes est usus. Tu verò strenue miles  
 Christi, caue ne semel sumptum scutum fi-  
 dei abijcias indecorè; magis autem teipso  
 potentior indies euadens, <sup>i</sup> teipsum supera, <sup>i Hieron. E-</sup>  
 teipsum æmulans, ut erubescas non longè <sup>p. 13 ad</sup>  
 maiora præstare sub Christo duce miles ad- <sup>Paulon. de</sup>  
 scriptus, quàm sub principe tenebrarum <sup>Instit. Mo-</sup>  
 opera exhibueris tenebrarum. <sup>nachi.</sup>

Ista ego ad te commilito tuus, cupidissi-

E mus



mus gloriæ tuæ, absens corpore clamo, præ-  
 & r. Corinth. 49. sens spiritu auribus ingero. <sup>k</sup> *Speſtaculum*  
 iam factus Deo, angelis, & hominibus, inter  
 duos tuos Agonothetas, Cyprianum & Au-  
 gustinum, in certaminis campum ingressus,  
 fauente Deo, ministrantibus Angelis, coad-  
 iuuantibus fratribus, sanctis monentibus  
 & opem ferentibus, nihil est tibi timendum,  
 148. s. 41. sed gaudendum; magis verò <sup>l</sup> *exultandum,*  
 si pro fide Catholica, ipsa veritate tuenda, ali-  
 quid pati dignus inuentus fueris. Reddidi li-  
 teras tuas Summo Pontifici, audit libenter  
 iam diu perditæ balatus ouis, quam & iudi-  
 cavit dignam, vocem audire pastoris, Apo-  
 stolicis te literis alloquens, quibus velut ex-  
 tentis brachijs te complectitur, & quot  
 m Luc. 15. s. 6. characteribus, tot petit osculis, <sup>m</sup> *imponens su-*  
 per humeros suos, &c. quem semper verè pa-  
 storem & patrem experieris. Vale. Romæ.  
 20. Ianuar. Anno Domini. M. DCI.

## EPISTOLA IV.

ROBERTVS BELLARMINVS

 Politianus, S. R. E. Cardi-  
 nalis

 IVSTO BARONIO VETERA-  
 castrensi S.

Clarissime Domine.

QVOD gratia Spiritus Sancti cor tuum  
 potenti sua virtute ad veram lucem a-  
 spici-